



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 72. Quinqueecclesiensis Episcopi postulata ad Legatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI. *runt, quæ etiam eis a nobis mox tra-*
A.C. 1562. *ditæ, & abs dubio ad Pontificem trans-*
missa fuerunt, prout conjicere fas est.

§. LXXII.

*Quinqueecclesiensis Episcopi postulata
ad Legatos.*

Pallav. l. 18.
c. II. n. 6.
Sarp. l. 7.
p. 569.

Præter hæc Oratoris literas Quinqueecclesiensis Episcopus Ferdinandi Cæsaris epistolam proferebat, in qua significatum, Papam Oratori suo Romæ spondisse, quod Synodum urgere velit, quatenus plenam, atque integram morum emendationem procuraret. Dein hic Episcopus rursus instabat, ut vel Legati Synodo proponerent, aut saltem a Cæsareis proponi permitterent libellum, quem Cæsar ad eos misisset: postremo significabat, ad rem prospere conficiendam necesse fore, ut mutato Concilii ordine deinceps infraugia non pro capitum, sed Nationum numero recenserentur. Ad hæc reponebant Legati, quod ipsi, licet hæc postulata rationi consentanea non videantur, hac de re tamen inter se deliberare vellent, ut de singulis Cæsari responsum dare valerent: de cetero autem in hoc Imperatoris libello multa continerentur, quæ digna non forent, ut proponerentur, inter quæ præcipue hæc essent, ut hæretici Sacramenta administrare permit-

permitterentur, si deficerent Catholici: **Sæcul. XVI.**
 cum sola horum capitum propositio Au- **A.C. 1562.**
 gustissimum Cæsaris nomen hominibus,
 ac Synodo infensum redderet: verum
 Dracovitus adjecit, quod, quam-
 vis Præfides hæc postulata æque ac
 alia, quale est illud de Cardinalium
 numero ad viginti sex redigendo, a Pa-
 tribus rejicienda præviderent, nihilomi-
 nus ea Synodo proponere deberent, ut
 Cæsarem, ejusque petita a se plurimi
 haberi palam facerent.

§. LXXIII.

*Postulata Legatorum ad Oratores,
 ac horum responsa.*

Ex diversis hisce tam Cæsareorum, **Pallav. c. II.**
 quam Gallorum postulatis Legati **n. 7. & 8.**
 haud temere conjiciebant, quod nec **& 9.**
 hi, nec illi emendationem sincero ani-
 mo desiderarent, sed potius Synodi pro-
 rogationem exoptarent, ut eo securius
 privata sua consilia exequi possent: qua-
 propter per Musottum, qui Cardinali
 Seripando a secretis erat, Gallis Ora-
 toribus hæc responderi jusserunt: "Po-
 stridie Theologi incepturi agent de Or-
 dinis Sacramento; quo ab illis abso-
 luto, inchoabunt Patres deliberatio-
 nem de iis, quæ ad illud Sacramen-
 tum spectant: ast inter utrumque opus
 tantum temporis elabetur, quantum
 „ad